

norem Romani Imperij spectabunt, aliquando carminibus celebrabis, amplificabis: nec licentia, data, in maledicentiam & convitia prorumpes, ab omnibus famosis libellis abstinebis, & omnia, quæ Cæsareum, Verum, Syncerum, & Germanum Poëtam, Jure, vel consuetudine decent, modò sint honesta & justa, diligentia exercitio & morum ornatu facies, & prestabis.

Ex lecto jam recitatoq; juramento dilucidè satis Cæsarei, Veri, & Germani Poëtæ munus atq; officiũ intellexisti, cognovisti ea, quæ in pangendis & canendis carminibus ex hoc tẽpore, & infuturum unicè amare, strictè observare, & quæ vice versa, angue, quod aiunt, caneq; peius fugere atq; evitare debeas. Accedes igitur, Nomine & vice Sacratissimæ Cæsareæ Maiestatis stipulata manu nobis promittes, sancteq; spondebis, te omnia tibi prelecta, Divina astante, auxilianteque gratia, quàm fidelissimè observaturum, & nunquam
è me-